AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS. REGULAE MONACHORUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 24v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



& in nullo sectam hominum laudes! & in omnibus meminerit
domini dicentis! luceat lux vestra coram hominibus! ut videant
bona opera vestra! & magnificent patrem vestrum qui in celis est.

Quomodo manducat quis & bibat in gloriam dei.

Qui in memoria semper habeat eum a quo pascitur deum!
& si non solum anima. verum etiam corpore per singula
contestatur se. et gratias agere. & non securum manducare! sed
quasi operarium dei ab ipso refici! ob hoc quod ad laborem
vel expletionem sufficiat mandatorum.

Quomodo facit dextera quod non cognoscat sinistra.

Via intenta mente. et fixo desiderio placendi deo. cogi
tamus opera dei! & omni sollicitudine constringimur.
ne decedamus a via recta. & ab opere legitimo! tunc nullius
prorsus extrinsecus neque membri nostri alicuius recipimus
cogitationem. sed nisi dei solius et eius operis quod explemus! tam
quam si artifex faciens vas indesinenter et eius meminit quod
opus iniunxit. & vas quod versatur in manibus si recte et fab
re eveniat intuetur.

Quomodo apparebit is qui hominibus vult placere.

Quod presentibus quidem his qui laudare possunt agit
aliquid operis boni! nullo autem tali presente vel
etiam his qui vituperare possunt adstantibus. segnis & pi
grior in opere. Si enim domino placere vellet. semper utique
et in omni loco idem esset atque eadem gereret! adimplens
illud quod scriptum est. per arma iusticie a dextris &
a sinistris! per gloriam et ignobilitatem! per infamiam & bonam
famam. ut seductores & veraces. di!

Quomodo quis effugiet vicium hominibus placen